Fr. 6. Schol. Apoll. Rh. I 1008: Δύπτοντες κεφαλάς . . . Δύπτειν δέ ἐστι τὸ δύνειν ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Δύπται δ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμενοι. πρότερος δὲ Ἀντίμαχος· ἠΰτε τις καύηξ δύνῃ ἐς ἁλμυρὸν πέλαγος, sic cod. L, ut vulgo, sed Par. Vind. 81 om. τις et deinde exhibent δύπτει εἰς (Vind. ἐς) ἁλμυρὸν ὕδωρ, unde Wolf hexametrum restituit δύπτων εἰς ἁλμυρὸν ὕδωρ, cum iam antea Rutgersius δύπτῃσιν ἐς ἁλμυρὸν οἶδμα coniecisset. Hermann transposuit δύπτει καύηξ, contra Meineke καύηξ δύπτης εἰς coniecit, ac sane Antimachus non verbo δύπτειν, sed nomine δύπτης videtur usus esse; scholiastae verba hunc in modum sunt redintegranda: δύπτειν δέ ἐστι τὸ δύνειν, δύπται δὲ αἴθυιαι, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ. cf. Etym. M. 291, 19: Δύπτης· δύπται λέγονται αἱ αἴθυιαι, καὶ ὁ δύπτης. Καλλίμαχος· δύπται τ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμενοι ἔνδιοι καύηκες. itaque inde ἔνδιος petii ad Antimacheum locum restituendum ἠΰτε καύηξ (ἔνδιος) δύπτης ἁλμυρὸν εἰς πέλαγος. Ex Lyde autem petitus videtur versus, quoniam Apollonii scholiasta hoc solum carmen videtur in manibus habuisse.

(ἔπνεον) Ἡφαίστου πυρὶ εἴκελον, ὅρρα τιτύσκει
δαίμων ἀκροτάτης ἐν κορυφῆς Μοσύχλου.

Hartung Ἡφαίστου Σαμίῳ πυρὶ εἴκελον, ἥν ῥα κτλ., quod nullo modo ferri potest, nam Mosychlus Lemni mons fuit.

*10.

Schol. Apoll. Rh. IV 156: Ἐν τούτοις καὶ τοῖς ἐφεξῆς φησὶ τὴν Μήδειαν ἐπιρραίνουσαν ἀρκεύθῳ τὸ (hoc om. cod. L) φάρμακον κοι- 487
μίσαι τὸν δράκοντα ἐπᾴδουσαν καὶ οὕτω τὸ κῶας ἀνελέσθαι, καὶ χωρισθῆναι ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν ναῦν κοιμωμένου τοῦ θηρίου, συμφώνως τῷ Ἀντιμάχῳ.

11.

Schol. Apoll. Rh. IV 1153: Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρᾳ τοὺς γάμους ἀχθῆναι Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν ἐν Βυζαντίῳ φησίν, Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ ἐν Κόλχοις πλησίον τοῦ ποταμοῦ μιγῆναι (τῇ Μηδείᾳ τὸν Ἰάσονα).

12.

Schol. Apoll. Rh. IV 259: Ἡσίοδος δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις καὶ Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ διὰ τοῦ Ὠκεανοῦ φασιν ἐλθεῖν αὐτοὺς (τοὺς Ἀργοναύτας) εἰς Λιβύην, καὶ βαστάσαντας τὴν Ἀργὼ εἰς τὸ ἡμέτερον πέλαγος γενέσθαι.

13.

Schol. Apoll. Rh. II 296: Στροφάδας φησὶ κεκλῆσθαι διὰ τὸ τοὺς Βορεάδας αὐτόθεν ὑποστρέψαι, στραφέντας εἰς τοὐπίσω, λαβὼν παρὰ Ἀντιμάχου· (οὕτω γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ Λύδῃ περὶ αὐτῶν μέμνηται) [haec omissa in cod. L]. Οἱ δὲ Στροφάδας φασὶν αὐτὰς κεκλῆσθαι, καθὸ ἐπιστραφέντες αὐτόθι ηὔξαντο τῷ Διῒ καταλαβεῖν τὰς Ἁρπυίας. Κατὰ δὲ Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμαχον καὶ Ἀπολλώνιον οὐ κτείνονται. Cf. ib. ad v. 297: Αἱ Πλωταὶ νῆσοι μετωνομάσθησαν Στροφάδες· μέμνηται αὐτῶν καὶ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ.

*14.

Schol. Apoll. Rh. II 178: Ἀγηνορίδης· Ἀγήνορος γὰρ παῖς ἐστι (Φινεύς), ὡς Ἑλλάνικος· ὡς δὲ Ἡσίοδός φησιν, Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος καὶ Κασσιεπείας· ὁμοίως δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης καὶ Ἀντίμαχος καὶ Φερεκύδης φασίν.

15.

Schol. Hom. Il. ζ 200: Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λύδῃ, ὅτι τοὺς Σολύμους ἀνεῖλε (Βελλεροφόντης) θεοῖς ὄντας προσφιλεῖς, διὰ τοῦτο μισηθῆναι αὐτόν φησιν ὑπὸ τῶν θεῶν. Adde Schol. Od. ε 283: ἐκ Σολύμων] τῆς Κιλικίας εἰσίν. ὅθεν καὶ οἱ Σόλυμοι ὠνομάσθησαν ἀπὸ Σολύμου τοῦ Διὸς καὶ Καλχηδονίας, ὡς Ἀντίμαχος λέγει.

Ad Lyden praeterea retulit Stoll, quod Et. Gud. 352, 7 ex Antimacho profert: *Κυθώνυμον Οἰδίπουν*, sed his commodus in Thebaide locus fuit. — Elegiaca Antimachi carmina an praeter Lyden fuerint, non constat; sed fortasse liber *Δέλτοι* inscriptus, unde Athen. VII 300 D hunc versum affert:

Ἐλθὼν Εὐλεῖος πηγὰς ἔπι δινήεντος.

elegiaco numero adstrictus fuit. Maior etiam dubitatio de *Καταχήνη*, quo nomine Antimachi carmen inscriptum fuisse olim conieci: sed illius certe loci Et. M. 4, 6: *Ἀντίμαχος Ἰαχίνῃ· τοὶ δ' ἄρ' οἱ ἀβολήτορες ἄνδρες ἔασιν*, ubi hoc nomen delitescere suspicatus sum, emendatio satis incerta; Hartung hic quoque ea proposuit, quae omnino non sunt ferenda. Ad hoc carmen olim conieci referendum esse versum ap. Herodian. 488 Philet. p. 439 ed. Piers.: *Ἐννεάμυκλος ὄνος παρὰ Ἀντιμάχῳ.*, qui integer legitur ap. Tzetz. ad Lycophr. 771 et in Et. M. 594, 21:

Ἔστιν μοι Μάγνης ἐννεάμυκλος ὄνος.

sed apud utrumque *Callimacho* tribuitur, ut hoc nomen in antiquis commentariis Lycophronis lectum esse appareat. — Sunt etiam alia, quae cum probabilitatis aliqua specie ad Antimachi Elegias referas, velut quod Pausan. IX 35, 5 dicit: *Ἀντίμαχος δὲ οὔτε ἀριθμὸν Χαρίτων οὔτε ὀνόματα εἰπὼν Αἴγλης εἶναι θυγατέρας καὶ Ἡλίου φησὶν αὐτάς*. — Item apud Herodian. *π. μον. λέξ.* p. 36, 23: *ἀλλὰ καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ· ἀεὶ φάρεος κατεύουσιν ἔχων*, conieci:

. . ἀεὶ φάρεος γῆν κατέουσαν ἔχων.

Ex Elegiis (fort. ex Lyde, vid. fr. 15) petiti videntur versus duo de Pyde, Pisidiae fluvio, ap. Choerobosc. I 139, 17:

Καδδὲ Πύδην τε ῥέοντα.
Πύδητος κούρῃ τηλεκλείτου ποταμοῖο.

sic enim ex cod. Marciano (vid. Gaisford Praef. Et. M. VII) hi versus sunt corrigendi: in priore versu Koechly coniecit *κελαδεινὰ Πύδην ῥείοντα.* — Porro Hesychianum illud: *Εἰσκονιανοί· οἱ Ἐφέσιοι, ὡς Ἀντίμαχος.* ubi Duebner coniecit *ἔϊσκον Ἰαόνιοι.* — Fortasse etiam huc pertinet, quod habet Probus ad Virg. Ecl. X 18: „Adonis, ut Hesiodus ait, Phoenicis et Alphesiboeae, Agenoris . . . . . Thiantis, qui Histriam (Syriam?) Arabiamque tenuit imperio, ut Antimachus ait.“ (Cf. Lydae fr. 14.) — Antimacho Düntzer vindicare voluit versum ap. Schol. Il. π 234: *Δωδώνης δυσχειμέρου· οἱ περὶ Ζηνόδοτον* πολυπίδακος *διὰ τὸ Καλλιμάχου· Κρηνέων τ' Εὐρώπη* (O. Schneider coni. *Ἑλλοπίῃ*) *μισγομένων ἑκατόν.* sed potuerunt Zenodotei ad magistri lectionem probandam uti Callimachi versu, ut ostenderent, hunc quoque Zenodoti lectionem secutum esse, nec *Εὐρώπη* tentaverim, nam fortasse lacus ad Tomari montis radices (cf. Plin. Hist. Nat. IV 2) sic vocabatur. Vide quae de hoc Callimachi versu, qui videtur ex libro II *Αἰτίων* petitus esse, et de his fabulis disputavi in Iahnii Annal. LXXXI 316 seqq. — Sauppe (Philol. XIX 147) Antimachi nomen restituere voluit apud Schol. Thucyd. I 11, acute corrigens *ὧν ἡγεῖτο Ἀκάμας κατ' Ἀντίμαχον*, ubi legitur

καὶ Ἀντίμαχος: suspicatur autem Antimachum in Lyde de Acamantis Chersonesiaca expeditione dixisse, itaque si haec respexerit Thucydides, etiam certum esse, quo tempore Antimachus Lydem ediderit. At etiamsi largiar eo tempore, quo Thucydides prooemium scripsit, Antimachum iam edidisse Lyden atque illud carmen Thucydidi innotuisse (quamquam haec prorsus incerta), tamen historicum isto auctore ibi usum esse prorsus est incredibile: quod dicit *ἀλλὰ πρὸς γεωργίαν τῆς Χερσονήσου τραπόμενοι καὶ λῃστείαν τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ*, petitum est ex Homero, h. e. ex cyclico aliquo carmine, atque eodem referenda est scholiastae adnotatio, ubi fortasse scribendum *ὧν ἡγοῦντο Ἀκάμας καὶ Ἀμφίμαχος*. Ad Cypria carmina refert Welcker Cycl. II 104, et ap. schol. Thuc. *Ἀντίλοχος* legendum esse suspicatur. — Quod Phot. Bibl. 171. 1 refert *Agatharchiden* in epitomen redegisse Antimachi Lyden, nihil nos iuvat in amplificandis carminis reliquiis, nescioque an paraphrasis potius quam epitome fuerit. Hecker vero *ἐπιτομὴν τῆς Ἀντιμάχου ὕλης* legendum edixit, ut Antimachus historicus intelligendus sit, vel *τὴν Καλλιμάχου ὕλης*.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

16.

Τίπτε μόθων ἄτλητος, ἐνυαλίοιο λέλογχας,
Κύπρι; τίς ὁ ψεύστας στυγνὰ καθᾶψε μάταν
ἔντεα; σοὶ γὰρ ἔρωτες ἐφίμεροι, ἅ τε κατ' εὐνάν
τέρψις, καὶ κροτάλων θηλυμανεῖς ὄτοβοι.
δούρατα δ' αἱματόεντα πάρες Τριτωνίδι δίᾳ 489
ταῦτα· σὺ δ' εὐχαίταν εἰς Ὑμέναιον ἴθι.

Epigramma. Anthol. Pal. IX 321: *Ἀντιμάχου* (hoc m. pr., reliqua m. sec.) *εἰς Ἀφροδίτην ὁπλοφοροῦσαν*. Ruhnken, cui assensus est Stoll, *Callimacho* tribuit, quoniam Antimachi epigrammata nulla neque in Anthologia neque alibi extant, sed recte Meinekius observavit hoc poematium a Callimachi ingenio prorsus abhorrere, nec tamen Antimachum huiuscemodi epigramma confecisse verisimile: est haud dubie iunioris alicuius poetae, cuius nomen indagare non licet. — V. 1. *ἐνυαλίοιο* cod. Pal. et Meineke, cum *Ἐνυαλίοιο* legeretur, gladium interpretatus, sed est potius *hasta*, hinc v. 5 *δούρατα αἱματόεντα*, cf. etiam tabulam pictam in Mus. Borbon. VIII 6. — V. 2. *μάταν* Plan., *μάτην* cod. Pal. Deinde distinctionem *μάτην; ἔντεα σοὶ γὰρ* correxit Iacobs. — V. 3. *ἅ τε* (*ἅ τε κατ εὐνὰν*) . . . *τέρψις* cod. Pal., *αἶτε . . . τέρψεις* Plan. — V. 5. *πάρες* Meineke, *μέθες* Plan., *κάθες* cod. Pal., qui praeterea a pr. m. *τρωνιδι δίαι* exhibet. — V. 6. *ταῦτα*, Meineke *πότνα*. cod. Pal. *ταῦτα· δ*, sed *δ* erasum. — *εὐχαίταν* vulgo, cod. Pal. *εὔχεται ἄν*.

XXXIV.

PLATO.

De epigrammatis, quae vulgo Platoni tribuuntur, difficilis quaestio est: et C. Fr. Hermannus quidem Histor. Philos. Plat. I 100 omnia in suspicionem vocat (Wernikii commentat. de his epigramm. Thoruni 1834 uti non licuit). Praeter unum omnia in Anthologia servata sunt, ubi propter varias causas plurima turbata sunt, ac saepius in ipsa Anthologia fluctuat paradosis. Augetur difficultas, quod fuerunt alii eiusdem nominis viri. Philosophi epigrammata Meleager coronae suae inseruit, ut ipse in prooemio testatur v. 47: *Ναὶ μὴν καὶ χρύσειον ἀεὶ θείοιο Πλάτωνος Κλῶνα, τὸν ἐξ ἀρετῆς παντόθε λαμπόμενον.* Ac passim etiam in lemmate Plato dicitur *ὁ φιλόσοφος*, velut ep. 7. 14. (15), vel *μέγας* velut 18, vel denique oblique significatur velut 1. (2. 3). Sed praeterea semel comparet *Platonis comici* nomen, vid. IX 359: *Ποσειδίππου, οἱ δὲ Πλάτωνος τοῦ κωμικοῦ*, verum hoc epigramma, cuius auctor satis incertus (nam Planudes *Crateti* tribuit) a comico poeta prorsus alienum, qui nulla omnino videtur epigrammata scripsisse: fortasse *κωμικοῦ* a librario ex coniectura est additum, ut saepe haec lemmata sunt amplificata. Sed fuit etiam *Plato iunior* (*ὁ νεώτερος*), cuius epigrammata fortasse Philippus in ordinem recepit: huic dilucide tribuitur IX 13 (*ὅτι ὁ τυφλὸς τὸν χωλὸν ἐπ' ὤμων ἐβάσταζεν*), IX 748 *εἰς Διόνυσον γεγλυμμένον ἐν ἀμεθύστῳ* (etiam Iriarte p. 93 *Πλάτωνος τοῦ νεωτέρου*, s. poet. n. Schol. Eurip. Or. 583), IX 751: *εἰς Ἀπόλλωνα ἐν δακτυλίῳ* (cf. Iriart. ib. Cram. An. Par. IV 370, ubi *ἁ ψηφίς*). Fuit illi, quantum quidem ex tribus his poematiis licet colligere, summa ingenii mediocritas: quod iudicium ne cui iniquius videatur, adscribo haec epigrammata.

I.

Ἀνέρα τις λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυγής
  ἦγε, πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος.
ἄμφω μὲν πηροὶ καὶ ἀλήμονες, ἀλλ' ὁ μὲν ὄψεις,
  ὃς δὲ βάσεις· ἄλλου δ' ἄλλος ὑπηρεσίη.
τυφλὸς γὰρ χωλοῖο κατωμάδιον βάρος αἴρων
  ἀτραπὸν ὀθνείοις ὄμμασιν ἀκροβατεῖ.
ἡ μία δ' ἀμφοτέροις ἤρκει φύσις· ἐν γὰρ ἑκάστῳ
  τοὐλλιπὲς ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠράνισαν.

Tractavit autem hic ebriam a multis decantatam, a quibus plurima mutuatus est.

II.

Ἁ λίθος ἐστ᾽ ἀμέθυστος, ἐγὼ δ᾽ ὁ πότας Διόνυσος·
ἢ νήφειν πείσει μ᾽ ἢ μαθέτω μεθύειν.

III.

Ἁ σφραγὶς ὑάκινθος, Ἀπόλλων δ᾽ ἐστὶν ἐν αὐτῇ
καὶ Δάφνη· ποτέρου μᾶλλον ὁ Λητοΐδας;

Eiusdem Platonis iunioris fortasse est ep. ἀδέσποτον IX 759.

Εἷς λίθος, ἅρμ᾽, ἐλατήρ, ἵπποι, ζυγόν, ἡνία, μάστιξ,

quod Plan. et cod. Iri. p. 92 *Platoni* tribuunt. Huic versui simillimus est qui praecedit adespotos (758) *Εἷς λίθος, ἅρμ᾽, ἐλατήρ, ἵπποι, ζυγόν, ἡνία, μάστιξ.* Uter utrum descripserit ambiguum.

Et antiqua certe ea epigrammata sunt, quae Diogenes quoque auctore Aristippo usus (qui scripsit *περὶ παλαιᾶς τρυφῆς*, recentioris Academiae assecla, ut mihi videtur, neque enim Luzacio assentior, qui hunc librum Cyrenaico mala fraude subiectum esse censet), Apuleius, Gellius ad philosophum referunt 1. 2. 3. 7. 8. 10. 14. 15. 17. 30. 31, ac praeterea in eundem numerum retulerim 9, quod cum proximo epigrammate (10) arcta necessitudine coniunctum, et fortasse 18, quoniam haec quoque duo epigrammata olim coniuncta fuisse apparet. Atque haec omnia puto etiam a Meleagro recepta esse; sed fuerunt haud-dubie etiam alia Platonis epigrammata in Meleagri corona, certe 11. 12. 13, quae leguntur loco, qui ex illo florilegio descriptus videtur. Erunt, qui omnino hoc poesis genus summo philosopho indignum censeant, sed cavendum est, ne haec addubitandi libido antiquitatis monumentis plus detrimenti afferat, quam anilis aliorum superstitio. Dixi antiqua haec esse epigrammata, quae coronae suae Meleager inseruerit, sed nequaquam contendo omnia haec Platonem vel ludentem vel serio composuisse, immo insunt, quae omnino segreganda sint, velut 3: nam antiquum poetam bis idem argumentum tractavisse, ut tamquam rhetor ostenderet, quemadmodum apte variari posset, non est veri simile. Item dubia sunt ep. 9 et 10, quae Eretriensium memoriae dedicata sunt: neque enim cenotaphiis haec inscripta fuerunt, sed ad demonstrativi generis similitudinem prope accedunt: libere autem fatendum est, nos quae hoc saeculo graecae poesis indoles fuerit parum compertum habere, ac verisimile est, eorum quae Alexandrini postea studiose celebraverunt primordia iam tum enituisse; itaque non mirum si quis mortui memoriam honorifico elogio decoravit, quod non fuit sepulcro insculptum, quemadmodum iam dudum ludibrii causa eiusmodi titulos condiderunt. Plato autem si Susa et Ecbatana visit, quod quidem satis incertum, potuit memor calamitatis, quae populares suos in extremas partes orbis terrarum avexit, quorum posteri etiam tunc

videntur suis institutis usi esse (vid. Herod. VI 119), haec poematia condere. Multo maior dubitatio est de tribus epigrammatis 11. 12. 13, quae iam plane demonstrativi generis speciem prae se ferunt: ep. 11 et 13 in eodem plane argumento versantur, ac si praeterea nihil magnopere offendit, tenendum est brevissima esse: amplius autem poematium 12 iam a dicendi genere illius saeculi recedit, id quod inprimis ἐνδύσαιτο arguit, de quo mouuit Cobet Var. Lect. II 789. Ex duobus epigrammatis 17 et 18 fortasse alterumutrum a Platone compositum esse existimes, mihi neutrum videtur; nam acumen inest omnino indignum philosopho. Restant 30 et 31, utriusque epigrammatis incerta est paradosis in Anthologia, nec tamen huic rei multum tribuendum: sed ep. 30 haud dubie commenticium est, alterum autem vel dorica dialecto a reliquorum societate segregatur. Supersunt igitur sex tantum poematia 1. 2. 7. 8. 14. 15, quae in amatorio fere argumento versantur, quae si quis ob id ipsum philosopho abiudicanda censeat, equidem assensum sustineo. Quod si vel sic plurima abrogavimus, iam licet alia quaedam substituere, quae venustate et simplicitate inprimis commendantur, ep. 24. 25. 32. 29 et fortasse 6. Quod si in tribus, quae primo loco memoravi, similitudo quaedam cum bucolicis carminibus deprehenditur, nihil est causae, cur propterea Platoni abiudices: sane ep. 32 fluctuat testium auctoritas, quemadmodum etiam ep. 6 paradosis ambigua, sed antiquum certe est poemation.

Platoni voluit Schneidewin praeterea vindicare haud inelegans epigramma, quod in Anth. Plan. 11 Ἑρμοκρέοντος inscribitur:

Ἵζευ ὑπὸ σκιερὰν πλάτανον, ξένε, τάνδε παρέρπων,
 ἅς ἁπαλῷ Ζέφυρος πνεύματι φύλλα δονεῖ,
ἔνθα με Νικαγόρας κλυτὸν εἵσατο Μαιάδος Ἑρμᾶν
 ἀγροῦ καρποτόκου ῥύτορα καὶ κτεάνων.

sed cod. Par. exhibet ἀπὸ ἀγάλματος Πανὸς ἑστῶτος ἐν νάπῃ Πλάτωνος: itaque Schneidewin existimat Planudem ex his verbis, quae non intellexerit, *Hermocreontis* nomen (nonnullae edd. Τιμοκρέοντος exhibent) finxisse, quod prorsus incredibile. Apparet epigramma olim Pauis statuae inscriptum fuisse, id quod etiam illud lemma indicat, quare auctor omnino latuisse videtur: quemadmodum etiam in primis foliis cod. Pal. hoc epigramma adespoton extat, ut puto. Qui sit factum, ut vel Platonis vel Hermocreontis nomen sit additum, nescimus.

Reliqua autem omnia non dubitamus, quin a Platone philosopho omnino aliena sint: huc referenda sunt omnia, quae in artis operibus et donariis describendis versantur, quae non solum propter id ipsum institutum, sed etiam plerumque propter orationis proprietatem non solum a Platone, sed omnino ab hoc saeculo prorsus abhorrent, velut 4. 5. 21. 22. 23. 26. 27. 28; ex his fortasse Platonis minoris sunt 21. 26. 28, Ammonii 23, reliquorum auctores incerti. Denique novicia haud dubie poematia sunt 16, quod fortasse *Antipatri* est, 19, quod item Platoni iuniori possis tribuere, et 20.

Platoni minori si recte tribui ep. 21, iam apparet vanam esse Benndorfii coniecturam, qui existimat esse Sardianum, philosophum Epicureum,

qui Ciceronis fuit aequalis, si quidem Polemonis regis tempore vel etiam postea scripsit: Polemonem autem alterum poesi operam dedisse credo: atque etiam si epigrammata ad priorem retuleris, aegre id cum Benndorfii ratione conciliari potest.

Ceterum de Platonis epigrammatis disputavit Schneidewin *Progymn. in Anthol. Graec.* Gott. 1855 passim, usus duobus codicibus Parisino et Florentino, qui partem horum epigrammatum exhibent.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ. 490

1.

Τὴν ψυχήν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον·
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

2.

Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὲν ἑκοῦσα φιλεῖς με,
δεξαμένη τῆς σῆς παρθενίης μετάδος·
εἰ δ' ἄρ', ὃ μὴ γίγνοιτο, νοεῖς, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα
σκέψαι τὴν ὥρην ὡς ὀλιγοχρόνιος.

3.

Μῆλον ἐγώ· βάλλει με φιλῶν σέ τις· ἀλλ' ἐπίνευσον,
Ξανθίππη· κἀγὼ καὶ σὺ μαραινόμεθα.

4.

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἡ πρὶν ἐραστῶν

Plato. 1. Anthol. Pal. V 78: *Πλάτωνος* (hoc m. pr., reliqua m. s.) *εἰς Ἀγάθωνα τὸν μαθητὴν αὐτοῦ.* Adde Gell. N. A. XIX 11. Macrob. Sat. II 2. Diog. Laert. III 32, qui v. 1 *εἶχον* exhibet, et v. 2 cod. Cant. *διαβλ.*, Cram. An. Par. IV 384, ubi *ἦλθε γὰρ ἡδὺς ἔρως ὡς διαβησομέναν*, leg. *ἡ δυσέρως.* M. Schmidt *ἤ μιν ἀμευσομένη* scribendum censuit, idemque permire hoc epigramma Anacreonti tribuit, ut idem sit Agathon, qui memoratur Anacr. fr. 100.

2. Ib. V 79: *τοῦ αὐτοῦ* (hoc m. pr., reliqua m. s.) *εἰς ἑταίραν τινὰ δυσπιθῆ.* et Diog. L III 32 ubi v. 2 cod. Cant. *εὐξαμένη*, Vind. *παρθενίας*, v. 3 idem *ὃ μοι γίνοιτο.* — V. 3. *νοεῖς*, Pal. a m. s. *μισεῖς*, sed videtur *νοεῖς* ante fuisse. Hecker *ἔχθεις*, Geel *ὄνοσαι*, M. Schmidt *ὀκνεῖς*, Hartung *ἀνανεύεις, αὐτὸ.*

3. Ib. V 80: *τοῦ αὐτοῦ.* et Diog. L. III 32 ubi male iungitur cum priore ut in cod. Matrit. ap. Iriarte p. 104. Non est eiusdem poetae, qui prius poematium condidit, sed apparet hunc illius vestigia legisse: antiquum tamen epigramma videtur.

4. Ib. VI 1: *Πλάτωνος* (hoc m. pr., reliqua m. s.) *ἐπὶ κατόπτρῳ ἀνατεθέντι παρὰ Λαΐδος.* legitur etiam in cod. Paris. *Πλάτωνος.* Vertit Auson. Ep. 55. Affert v. 3 et 4 Olympiod. in Alcib. I p. 31 ubi *ἐθέλει* et *δύναται.* — V. 1. *πρὶν ἐραστῶν* scripsi, quod etiam Schneidewin

ἑσμὸν ἐπὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων,
τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον· ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω· οἵη δ' ἠν πάρος οὐ δύναμαι.

5.

Τὸν Νυμφῶν θεράποντα, φιλόμβριον, ὑγρὸν ἀοιδόν, 491
τὸν λιβάσιν κούφαις τερπόμενον βάτραχον
χαλκῷ μορφώσας τις ὁδοιπόρος εὖχος ἔθηκεν,
καύματος ἐχθροτάτην δίψαν ἀκεσσάμενος.
πλαζομένῳ γὰρ ἔδειξεν ὕδωρ, ευκαιρον ἀείσας
κοιλάδος ἐκ δροσερῆς ἀμφιβίῳ στόματι.
φωνὴν δ' ἡγήτειραν ὁδοιπόρος οὐκ ἀπολείπων
[εὗρε πόσιν γλυκερῶν ὧν ἐπόθει ναμάτων.]

6.

Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς,
Πίνδαρος, εὐφώνων Πιερίδων πρόπολος.

7.

Δάκρυα μὲν Ἑκάβῃ τε καὶ Ἰλιάδεσσι γυναιξίν

suspicatus est, cum antea *νέα* pro *νέων* legendum esse coniecissem. *τῶν ἐραστῶν* Pal., *τῶν ἐρώτων* vulgo, *τὸν ἐρώντων* Stephan., *ποτ' ἐραστῶν* coniecit Cobet, comparans IX 102, 3. — V. 2. *ἑσμὸν ἐπὶ* scripsi, legebatur *ἑσμὸν ἐνὶ*, sed cf. IX 621, 5: *ἡ δὲ φέρουσα πόρους ἀπὸ σώματος ἑσμὸν ἐραστῶν ἕξει ἐπὶ προθύροις.* — Ceterum carmen hoc novicium, quod vel *τῇ Παφίῃ* v. 3 arguit, neque tamen minoris Platonis esse credo.

5. Ib. VI 43: *εἰς βάτραχον χαλκοῦν ἀνατεθέντα ταῖς Νύμφαις παρὰ ὁδοιπόρου, Πλάτωνος.* In Planud. *ἀδέσποτον.* — V. 2. *λιβάσιν* Pal., *σταγόσιν* ed. Asc. — *κούφαις*, Hecker *κωφαῖς.* — V. 3. *μορφώσας*, Pal. *τυπώσας γρ. μορφώσας*, Plan. *στηλώσας.* Geel *τορνεύσας*, Hecker *χαλκοτυπησάμενος.* deinde Pal. *εὖχος ἔθηκε* a m. sec. in rasura. — V. 4. *ἀκεσσάμενος* Pal., *ἀκεσσάμενον* Pl. — V. 7. *ἀπολείπων*, Pal. *ἀπὸ λειπών.* — V. 8. *γλυκερῶν*, Pal. *γρ(γλυκερ)ήν.* — *ἐπόθει* Brunck, Pal. *ἐπόθη.* — *ναμάτων*, Brunck *λιβάδων*, quod multum praestat reliquorum coniecturis, velut Iacobs *ὧν ἐπόθει νασμῶν εὗρε πόσιν γλυκερήν*, Hecker *εὗρε πόσιν γλυκερῶν ὧν ἐπόθησ' ἀμαρῶν.* Hunc versum, qui deest in Plan., in Pal. est margini additus, librarii supplementum esse apparet, ac fortasse universum distichon ab interpolatore aliquo profectum est. Ceterum hoc quoque epigramma, quamvis non invenustum, quoniam in artis opere describendo versatur, recentioris est aetatis, sed auctor prorsus incertus.

6. Anth. VII 35: *εἰς τὸν αὐτὸν Λεωνίδου* (et sic Plan.), sed infra p. 289 ubi repetitur in cod. *Πλάτωνος.* Affert v. 1 Plut. de anim. procr. c. 33: *ὁ δὲ τῷ Πινδάρῳ ποιήσας τὸ ἐπικήδειον· ἄρμενος ἦν κτλ. εὐαρμοστίαν δῆλός ἐστι τὴν ἀρετὴν ἡγούμενος.* Leonidae non esse certum, a cuius ingenio simplex ac tenue genus plane alienum. — V. 1. *ἄρμενος* Plut. et Pal. altero loco, *ἤπιος* priore et Plan.

7. Ib. VII 99: *εἰς Δίωνα τὸν Συρακούσιον·* (haec a m. pr., reliqua a m. s.) *Πλάτωνος φιλοσόφου.* Diog. L. III 30, qui addit *τοῦτο καὶ ἐπιγεγράφθαι φασὶν ἐν Συρακούσαις ἐπὶ τῷ τάφῳ.* Extat etiam in cod. Matr. Iriarte p. 104 et in Vindob. n. 311. — V. 1. *μὲν*, Iacobs *μὴν*, Hartung *μέν θ' Ἑκάβῃ καὶ Ἰλ.*

Μοῖραι ἐπέκλωσαν δή ποτε γεινομέναις·
σοὶ δέ, Δίων, ῥέξαντι καλῶν ἐπινίκιον ἔργων
δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν·
κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι τίμιος ἀστοῖς,
ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

8.

Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις, ὅσον μόνον εἶφ', ὅτι καλός
ὦπται καὶ πάντῃ πᾶσι περιβλέπεται. 492
θυμέ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσει
ὕστερον· οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

9.

Οἵδε ποτ' Αἰγαίοιο βαρύβρομον οἶδμα λιπόντες
Ἐκβατάνων πεδίῳ κείμεθ' ἐνὶ μεσάτῳ.
χαῖρε κλυτή ποτε πατρὶς Ἐρέτρια, χαίρετ' Ἀθῆναι,
γείτονες Εὐβοίης, χαῖρε θάλασσα φίλη.

10.

Εὐβοίης γένος ἐσμὲν Ἐρετρικόν, ἄγχι δὲ Σούσων
κείμεθα· φεῦ, γαίης ὅσσον ἀφ' ἡμετέρης.

V. 2. *δή ποτε* Diog., *δὴ τότε* Pal. et Suid. v. *γειναμέναις*, sic enim ille et cod. Vind. pro *γεινομέναις* (sed A *γεινομένοις*, ib. codd. *ἐπεκλώσαντο*). — V. 5–6 Apulei. de Magia c. 10 una cum interpr. latina, sed cod. Flor. tantum v. 6 exhibet. Ap. Diog. cod. Mon. *εὐρυχώρῳ* et *ἀστός*.

8. Ib. VII 100: *εἰς Ἄλεξιν καὶ Φαῖδρον. Πλάτωνος.* quibus addit m. s. *οὗτοι εἰσὶν οἱ βεβηλοῦντες τὸν πλάτωνος βίον.* Diog. L. III 31 et Apul. de Mag. c. 10 cum interpr. lat., ubi variae corruptelae in libris et edd. leguntur. — V. 1. *εἶφ'* Iacobs, legebatur *εἶφ'*, Pal. pr. *εἰφ'*. — V. 2. *ὦπται*, cod. Flor. Apul. *ὦΠΑΙ*, Stephanus *ὦ παῖ*. — *πάντῃ*; v. *πάντη*. — *πᾶσι περιβλέπεται* Anth. et cod. Flor. Apul., *πᾶς τις ἐπιστρέφεται* Diog. et Apul. vulgo. — V. 3. *ἀνιήσει* Stephan. et Brunck atque ita cod. Flor., v. *ἀνιήσεις*.

9. Ib. VII 256: a m. sec. *Πλάτωνος εἰς τοὺς Ἐρετριεῖς τοὺς ἐν Ἐκβατάνοις κειμένους.* deinde erasa sunt haec verba prioris manus *εἰς τοὺς ἀρετριεῖς καὶ αχ˜ τοὺς ἐν ἐκβαταν̃ τελευτ.*, in horum locum substituit m. s. *ἄδηλον εἰς τοὺς ἀθη ἢ προμάχους.* om. poetae nom. Philostr. vit. Apoll. I 24. — V. 1. *βαθύβρομον*, Phil. *βαθύρροον*. — V. 2. *κείμεθ' ἐνὶ* Phil. Plan., *κείμεθα ἐν* Pal., Iacobs *κείμεθα μεσσατίῳ*.

10. Anth. VII 259: *Πλάτωνος* (hoc m. sec., reliqua m. pr) *εἰς τοὺς Εὐβοεῖς τοὺς ἐν Σούσοις τελευτήσαντας.* Plan. *ἄδηλον.* Diog. L. III 33: *φασὶ δὲ καὶ τὸ εἰς τοὺς Ἐρετριέας τοὺς σαγηνευθέντας αὐτοῦ εἶναι· Εὐβοίης κτλ.* Cram. An. Ox. IV 154, 10 et Suidas v. *Ἱππίας*. — V. 1. *Εὐβοίης*, Cram. Suidas *Εὐ βοέων*. — *ἐσμέν*, Diog. *ἦμεν*. — V. 2. *γαίης*, Cram. *αἴης* vel *αἶον*. — *ὅσσον*, Diog. *τόσσον*, Cram. *τόσον*.

11.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμ᾽· ὁ δ᾽ ἐναντίον ἐστὶ γεωργοῦ
ὡς ἁλὶ καὶ γαίῃ ξυνὸς ὕπεστ᾽ Ἀΐδης.

12.

Ναυηγόν με δέδορκας· ὃν ἡ κτείνασα θάλασσα
γυμνῶσαι πυμάτου φάρεος ᾐδέσατο,
ἄνθρωπος παλάμῃσιν ἀταρβήτοις μ᾽ ἀπέδυσεν,
τόσσον ἄγος τόσσον κέρδεος ἀράμενος·
κεῖνο καὶ ἐνδύσαιτο καὶ εἰς Ἀΐδαο φέροιτο,
καί μιν ἴδοι Μίνως τοὐμὸν ἔχοντα ῥάκος.

13.

Πλωτῆρες σῴζοισθε καὶ εἰν ἁλὶ καὶ κατὰ γαῖαν· 493
ἴστε δὲ ναυηγοῦ σῆμα παρερχόμενοι.

14.

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς ἀστὴρ ἐμός· εἴθε γενοίμην
οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

11. Ib. VII 265: m. s. *Πλάτωνος·* m. pr. *εἰς ἕτερον ναυηγόν.* — V. 1. *εἰμ᾽· ὁ δ᾽ ἐναντίον* Iacobs, legebatur *εἰμί· ὁ δ᾽ ἀντίον.* — V. 2. *ὕπεστ᾽,* Pal. corr. *ὑπ᾽ ἐστ᾽.*

12. Ib. VII 268: m. pr. *Εἰς ναυηγόν, ὃν εὑρών τις ἐξέδυσεν τῶν ἱματίων.* m. s. *Πλάτωνος.* cod. Par. *Πλάτωνος.* — V. 1. *ἡ κτείνασα* Plan. Par., *οἰκτείρασα* Pal. — *θάλασσα, θάλαττα* Plan. — V. 3. *ἀταρβήτοις,* cod. Par. *ἀταρβήταις.* Deinde *μ᾽* fort. delendum. — V. 4. *τόσσον,* cod. Par. *τόσσον,* Scaliger *τοσίχου.* — V. 5. *κεῖνο καὶ* Schneidewin, *κεῖνό κεν* Pal. cod. Par., *κεῖνο μὲν* codd. Plan. ap. Br. — *εἰς,* quod iam antea conieci, praebuit cod. Par., legebatur *εἰν,* Cobet coniecit *καὶ εἰν Ἀΐδαο φοροίη.* — V. 6. *ῥάκος,* Pal. in m. *γρ. φάρος* et sic Plan. et cod. Par.

13. Ib. VII 269: m. s. *τοῦ αὐτοῦ Πλάτωνος·* m. pr. *εἰς ἕτερον ναυηγόν,* cod. Par. *ἐπιτύμβιον εἰς ναυηγόν.* — V. 2. *σῆμα,* cod. Par. *σῶμα.* — *παρερχόμενοι,* Pal. *παρ᾽ ἐρχόμενοι.*

14. Ib. VII 669: *Πλάτωνος φιλοσόφου,* sed cod. Pal. m. pr. *εἰς Ἀστέρα τὸν μαθητήν·* m. s. *Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου·* m. pr. *τοῦ αὐτοῦ Πλάτωνος.* Adde Apulei. de Mag. c. 10 (om. cod. Flor.) ubi iungitur cum ep. 15 (et sic cod. Iriart. p. 103, ubi sine poetae nom. legitur, et Plan.) item cod. Vind. n. 311 et Diog. L. III 29: *Ἀρίστιππος δ᾽ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς φησιν αὐτὸν Ἀστέρος μειρακίου τινὸς ἀστρολογεῖν συνασκουμένου ἐρασθῆναι, ἀλλὰ καὶ Δίωνος τοῦ προειρημένου. ἔνιοι καὶ Φαίδρου φασί· δηλοῦν δὲ τὸν ἔρωτα αὐτοῦ τάδε τὰ ἐπιγράμματα, ἃ καὶ πρὸς αὐτοῦ γενέσθαι εἰς αὐτούς· Ἀστέρας κτλ.* Apostol. IV 12 a. — V. 1. *εἰσαθρεῖς,* cod. Vind. n. 311, in quo hoc ep. legitur, *ἐσαθρεῖς,* Plan. et

15.

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν Ἑῷος,
νῦν δὲ θανὼν λάμπεις Ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

16.

Εἰνοδίην καρύην με παρερχομένοις ἐφύτευσαν
παισὶ λιθοβλήτου παίγνιον εὐστοχίης·
πάντας δ' ἀκρεμόνας τε καὶ εὐθαλέας ὀροδάμνους
κέκλασμαι, πυκιναῖς χέρμασι βαλλομένη·
δένδρεσιν εὐκάρποις οὐδὲν πλέον· ἦ γὰρ ἔγωγε
δυσδαίμων ἐς ἐμὴν ὕβριν ἐκαρποφόρουν.

17.

Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν ἔλιπεν βρόχον· αὐτὰρ ὁ χρυσόν
ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

18.

Χρυσὸν ἀνὴρ ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ' ὤλεσεν· ὧν ὁ μὲν εὑρών 494
ῥῖψεν, ὁ δ' οὐχ εὑρὼν λυγρὸν ἔδησε βρόχον.

vett. edd. Apul. εἰσάθρει, Pal. εἰσάθρεῖ̈. — V. 2. βλέπω. Fort. β λ έ π ο ι ν, itaque Nauck.

15. Ib. VII 670: m. s. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτόν· m. pr. Ἀστέρα τὸν· m. s. μαθητήν. Cf. Apulei. Diog. Apostol. supra ep. 14. (ap. Diog. Cod. Mon. v. 1 ἐν ζ. ἑῷος et sic etiam Pal. corr. et Cod. Vind. 311).

16. Ib. IX 3: Ἀντιπάτρου, οἱ δὲ Πλάτωνος (haec m. pr., reliqua addidit m. s.) εἰς καρύην πεφυτευμένην ἐν ὁδῷ. — V. 3 et init. 4 affert Schol. Theocr. VII 138 s. poet. n. — εὐθαλέας, Hecker εὐθηλέας, malim ε ὐ θ α λ λ έ α ς, cf. Anth. P. IX 247, ac geminum plane est ἀθαλλής. — V. 5. ἦ γὰρ Plan., εἰ γὰρ P. — V. 6. ἐς ἐμὴν P, ἐπ' ἐμὴν vulgo.

17. 18. Diog. Laert. III 33 ep. 17 *Platoni* tribuit (Iriarte p. 104 s. poet. n.), at in Anthol. IX 44 idem hoc epigramma legitur inscriptum Στατυλλίου Φλάκκου (ita etiam Planud.) et ib. 45 sequitur ep. 18: Πλάτωνος τοῦ μεγάλου, quod Plan. *Antipatro* tribuit. Ita Iacobsius edidit, sed corrector codicis (secundum Paulsenum) *Statyllii Flacci* nomen delevit et Πλάτωνος τοῦ μεγάλου substituit, contra alterum epigramma, quod in codice lemmate caret, *Statyllio* tribuit. Secundum Holderum pr. m. adscripsit in marg. sinist. στατυλλίου τοῦ (hoc deletum) φλάκκου, tum sec. m. addit ὅτι ὁ τὸν χρυσὸν κτλ. sed in marg. sup. m. sec. scripsit πλάτωνος τοῦ μεγάλου, tum eadem manus repetit v. 1 ep. 17. In marg. inf. m. sec. στατυλλίου φλάκκου, tum m. pr. τοῦτο εἰς ἄνθρωπον διὰ πενίαν μέλλοντα κτλ. Similiter variant alia apographa, nam cod. Par. (Schneidew.) prius tantum ep. (17) exhibet Πλάτωνος inscriptum, rursus alterum ep. 18 etiam in Stobaeo Schowii 280 legitur: Πλάτωνος (sed adhaeret ep. aliud, quod in Anth. Pal. XI 170 *Nicarcho* tribuitur) ubi defg Ἀντιπάτρου. Schneidewin contendit prius Platoni, alterum Statyllio tribuendum esse, correctoris cod. Pal. fidem secutus: verum haec satis incerta, quoniam omnino ille locus Anthol. Pal. valde turbatus; nam in codice quatuor subsequuntur epigrammata adespota 46. 47. 48. 49, ex quibus primum idem ille corrector ἀντιπάτρου

19.

Αἰὼν πάντα φέρει· δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν
οὔνομα καὶ μορφὴν καὶ φύσιν ἠδὲ τύχην.

20.

Ἐννέα τὰς Μούσας φασίν τινες· ὡς ὀλιγώρως·
ἠνίδε καὶ Σαπφὼ Λεσβόθεν ἡ δεκάτη.

21.

Εἰκόνα πέντε βοῶν μικρὰ λίθος εἶχεν ἴασπις,
ὡς ἤδη πάσας ἔμπνοα βοσκομένας·
καὶ τάχα κἂν ἀπέφευγε τὰ βοίδια· νῦν δὲ κρατεῖται
τῇ χρυσῇ μάνδρῃ τὸ βραχὺ βουκόλιον.

22.

Τὸν Βρομίου Σάτυρον τεχνήσατο δαιδαλέη χείρ,

μακεδόνος inscripsit (Plaund. *Καλλινίου*), cuius Antipatri nomen modo vidimus etiam eidem epigrammati, quod Statyllio vindicat Schneidewin, adhaerescere. Statyllii autem esse minime credo, quoniam videntur haec epigrammata iam in Meleagri corona continuo se excepisse, quemadmodum etiam Ausonius utrumque distichon latinis versibus expressit ep. 21 et 22. — Ep. 17. 1. *εὑρών* om. Pal., sed corrector *ἑυρ'*, idem in margine *εὑρὼν*. — Ep. 18, 2. *ῥῖψεν*, Pal. *ῥίψεν*.

19. Anthol. IX 51: a m. sec. *Πλάτωνος*. repetit cod. Pal. infra, ubi v. 2 recte *ἠδὲ*, hic *ἤδε*. Par. *Πλάτωνος εἰς τὸν βίον*, ibi v. 2. *τέχνην* legitur. Epigrama omnio lepore destitutum quin Platoni iuniori tribuatur, non intercedam: ac firmatur haec suspicio, quod in cod. Pal. infra repetitur una cum epigrammate IX 748 quod *Πλάτωνος νεωτέρου* inscribitur.

20. Ib. IX 506: *Πλάτωνος εἰς τὰς Μούσας*. Cod. Vind. 311 v. 2 *ἐνίδε*. Quicumque primus Sapphonem novem Musis adnumeravit, ingenii laude non est fraudandus, sed postea multi tralaticium hoc acumen usurpaverunt. Hoc quidem novicium esse poematium arguunt verba *τινές* et *καὶ*, quae satis otiosa sunt. Sed vel sic superat Platonis minoris mediocritatem, nisi forte is aliunde descripsit.

21. Ib. IX 747: *Πλάτωνος ἐπὶ ε̄ βοῶν ἄλλως*. — V. 3. *ἀπέφευγε* Plan., *ἀπέφυγε* Pal. Huic epigrammati simillimum est quod praecedit 746 *Πολέμωνος βασιλέως εἰς δακτύλιον·*

Ἑπτὰ βοῶν σφραγῖδα βραχὺς λίθος εἶχεν ἴασπις,
ὡς μίαν, ὡς πάσας ἔμπνοα δερκομένας·
καὶ τάχα κἂν ἀπέθρεξε τὰ βοίδια· νῦν δὲ κέκλειται
τῇ χρυσῇ μάνδρῃ τὸ βραχὺ βουκόλιον

ubi v. 3. *ἀπέθρεξε* scripsi, in codice est *ἀπέρεψε*. Uter utrum imitatus sit, mihi non videtur dubium esse. Grammaticus ut potuit regiam infantiam mundare instituit. Est autem Platonis minoris, nam quod subsequens epigramma *Πλάτωνος νεωτέρου* (748), hoc autem simpliciter inscriptum est *Πλάτωνος*, multo magis firmat quam evertit hanc suspicionem.

22. Ib. IX 826: *ἄλλο· εἰς Σάτυρον κρήνῃ ἐφεστῶτα καὶ Ἔρωτα καθεύδοντα.* ita etiam cod. Par. *Platoni* adespoton hoc epigramma tribuit Planudes: neque tamen iuniori Platoni tribuerim, cuius mediocritatem longe superat. — V. 1. *τεχνήσατο*, Plan. *τεχνάσατο* et deinde *δαιδαλέα*,

μούνη θεσπεσίως πνεῦμα βαλοῦσα λίθῳ·
εἰμὶ δὲ ταῖς Νύμφαισιν ὁμέψιος· ἀντὶ δὲ τοῦ πρὶν
πορφυρέου μέθυος λαρὸν ὕδωρ προχέω.
εὔκηλον δ' ἴθυνε φέρων πόδα, μὴ τάχα κοῦρον
κινήσῃς ἁπαλῷ κώματι θελγόμενον.

23.

Εἰμὶ μὲν εὐκεράοιο φίλος θεράπων Διονύσου,
λείβω δ' ἀργυρέων ὕδατα Ναϊάδων·
θέλγω δ' ἠρεμέοντα νέον περὶ κώματι παῖδα.

. . . .

24.

Σιγάτω λάσιον Δρυάδων λέπας οἵ τ' ἀπὸ πέτρας
κρουνοὶ καὶ βληχὴ πουλυμιγὴς τοκάδων,
αὐτὸς ἐπεὶ σύριγγι μελίζεται εὐκελάδῳ Πάν,
ὑγρὸν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων·
αἱ δὲ πέριξ θαλεροῖσι χορὸν ποσὶν ἐστήσαντο
Ὑδριάδες νύμφαι, νύμφαι Ἁμαδρυάδες.

Benndorf *με τεχνήσατο.* — V. 2. *μούνη*, Brunck *κωφῷ*, Benndorf *μούνη*, ex uno saxo utrumque, nt videtnr, signum factum esse ratns, mihi poeta *θεσπεσίως μόνον οὐ* scripsisse videtur. — V. 3. *Νύμφαισιν* Plan., *νύμφαις* cod. P et Paris. — *ὁμέψιος* cod. P et Paris., *ὁμέστιος* Plan., Schneidewin *Νύμφαις συνομέψιος.* — V. 4. cod. Par. *προχέων* et v. 6 *καύματι.*

23. Ib. IX 827. *Ἀμμωνίου εἰς τοὺς αὐτούς.* (*ἀμμ εἰς αυ* [ω τ τ] cod. P, i. e. *τὸ αὐτὸ*, nt cod. Par.) *Platoni* tribuit Planudes. Carmen satis exile alius atqne praecedens est poetae, ac fortasse Ammonii nomen germanum est. Post v. 3 intercidit unns versus vel etiam complures, nt fieri solet in libro novissimo. Haud dubie hic qnoque cavebatnr, ne quis pnerum obsopitum somno excitaret.

24. Ib. IX 823: *Πλάτωνος εἰς τὸν Πᾶνα.* similiter cod. Paris. — V. 2. *βληχὴ* P cod. Par., *βληχὰ* Plan. — V. 3. *ἐπεὶ* Plan., *ἐπὶ* Pal. cod. Par., — *μελίζεται* cod. Par., *μελίσδεται* Pal. Plan. — V. 4. *ὑγρὸν*, Ruhnken *γυρὸν*, Heinrich *κυρτὸν.* — V. 5. *ἐστήσαντο* huic loco non convenit, exspectaveram *ἀρτύνονται* vel tale quid. — V. 6. *Ἁμαδρυάδας* ex antiqnioribns poetis qni usurpaverit, novi neminem. Legebatur olim in Myrus epigr. Anth. VI 189, sed ibi Unger verissime *Νύμφαι Ἀνιγριάδες ποταμοῦ κόραι* restituit: Pherenicns epicus poeta, qui adhibuit et explanavit hoc nomen (Athen. III 78), cuins saeculi fnerit, ignoro, nisi qnod ex illo ipso loco colligo ante Tryphonis grammatici aetatem vixisse, nam ex Tryphone haec descripsit Athenaens. Poematinm venustissimum in memoriam revocat fabularem historiam, quam de infante Platone refert Olympiodorus in vita Plat. 382: *καὶ γεννηθέντα τὸν Πλάτωνα λαβόντες οἱ γονεῖς βρέφος ὄντα τεθείκασιν ἐν τῷ Ὑμηττῷ, βουλόμενοι ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖ θεοῖς Πανὶ καὶ Νύμφαις καὶ Ἀπόλλωνι Νομίῳ θῦσαι, καὶ κειμένου αὐτοῦ μέλιτται προσελθοῦσαι πεπληρώκασιν αὐτοῦ τὸ στόμα κηρίων μέλιτος.* eadem vita anon. p. 390. Aelian. breviter

25.

Ὑψίκομον παρὰ τάνδε καθίζεο φωνήεσσαν
φρίσσουσαν πυκνοῖς κῶνον ὑπὸ ζεφύροις,
καί σοι καχλάζουσιν ἐμοῖς παρὰ νάμασι σύριγξ
θελγομένων στάξει κῶμα κατὰ βλεφάρων.

26.

Ἡ Παφίη Κυθέρεια δι' οἴδματος ἐς Κνίδον ἦλθεν,
βουλομένη κατιδεῖν εἰκόνα τὴν ἰδίην·
πάντῃ δ' ἀθρήσασα περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ
φθέγξατο· ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν ἃ μὴ θέμις, ἀλλ' ὁ σίδηρος
ἔξεσ', Ἄρης οἵαν ἤθελε τὴν Παφίην.

perstringit Var. Hist. X 21 et XII 45, adde Cic. de div. I 36 et Val. Max. I 6, 3. Ac verisimile est Platonem Nymphaeum in monte Hymetto, quod etiam nunc integrum est servatum (vide Rossii Koenigsreisen II 73 seq.) loci amoenitate delenitum frequenter visisse, quemadmodum in Phaedro Nympharum numen ac vim identidem collaudat. Ceterum miraculum, quod ipsi Platoni contigisse infanti ferebatur, infra in ep. 32 de Amore narratur.

25. Anth. Plan. 13: *Πλάτωνος.* legitur etiam Cramer An. Par. IV 373 et in cod. Paris. (ap. Schneidew.) ubi inscriptum *Πλάτωνος εἰς αὐτό* (praecedit epigramma, quod est Plan. 12.) item in cod. Flor. et Iriarte 103 (ubi v. 4 deest). Hoc quoque poematium venustate commendabile. — V. 2. *πυκνοῖς*, Brunck *πυκινοῖς*. — *κῶνον* Scaliger, v. *κῶμον*, — V. 4. *θελγομένων* An. Par. et Brunck, v. *θελγομένῳ*. — *στάξει* scripsi, quod etiam Emperius coni., vulgo *ἄξει*, An. Par. *ἄζει*, cod. Par. *ἴζει* vel *ἕξει*, Flor. *ἕξει*.

26. Ib. 160: *Πλάτωνος.* Legitur etiam in primis paginis cod. Pal. (*Πλάτωνος εἰς τὸ αὐτό*) in cod. Vind. 311 et ap Iri. 105. – V. 2. *ἰδίην*, cod. Vind. *ἰδίαν*. — V. 3. *πάντῃ*, v. *πάντη*. — V. 5. *εἶδεν*, cod. Vind. *ἴδεν*. — *σίδηρος*, cod. P. *σίδαρος*. — V. 6. *ἔξεσ', Ἄρης οἵαν* Stephanus, v. *ἔξεσεν οἵαν Ἄρης*, Iacobs *οἷά γ' Ἄρης*, Passow et Meineke *οἷ' ἂν Ἄρης*. Ultimum distichon Iacobs in Delectu tacitus seclusit, additamentum alienum ratus, ut videtur, et assensus est Benndorf. At haec ipse poeta adiecit, ut Deae miranti et indignanti responderet; inest sane frigidum acumen, atque ob id ipsum alius poeta, cuius est epigramma 27, emendare studuit: sed id ipsum argumento est, germanum esse distichon. Nec dissimile est epigramma adespoton Anth. Plan. 159:

Τίς λίθον ἐψύχωσε; τίς ἐν χθονὶ Κύπριν ἐσεῖδεν;
ἵμερον ἐν πέτρῃ τίς τόσον εἰργάσατο;
Πραξιτέλους χειρῶν ὅδε που πόνος, ἢ τάχ' Ὄλυμπος
χηρεύει, Παφίης ἐς Κνίδον ἐρχομένης.

Ingeniosus aliquis iecit quod Plinius dicit XXXVI 19, Cnidiam Venerem a Praxitele *dea favente ipsa* factam esse, hinc plurimi poetae certatim id variaverunt, ut docent epigrammata Anth. Plan. 159 seq. Ceterum et ipsum argumentum et sermo satis arguunt tam hoc epigramma, quam sequens novicia esse: neque tamen eiusdem sunt poetae: poterat sane aliquis bis vel etiam saepius in hoc argumento versari, quemadmodum Lucianus et Euenus fecerunt, sed hic manifestum est, alterum alteri aemulatum esse. Fortasse prius epigramma Platonis iunioris est, cuius nomini deinde etiam alterum adhaesit.

27.

῾Α Κύπρις τὰν Κύπριν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα·
φεῦ, φεῦ ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
οὔτε σε Πραξιτέλης τεχνάσατο, οὔθ᾽ ὁ σίδαρος·
ἀλλ᾽ οὕτως ἔστης, ὥς ποτε κρινομένη.

28.

Τὸν Σάτυρον Διόδωρος ἐκοίμισεν, οὐκ ἐτόρευσεν·
ἢν νύξῃς, ἐγερεῖς· ἄργυρος ὕπνον ἔχει.

29.

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται
ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

27. Anthol. Plan. 161: *τοῦ αὐτοῦ. (Πλάτωνος) Οὔτε σὲ Πραξιτέλης κτλ.* et 162 *Ἄδηλον· ῾Α Κύπρις κτλ.* Ordiuem inverti et in nnum coniunxi, quae arctissime cohaerent: est enim epigramma ad corrigendum ep. 26 compositum. Et firmat cod. Iri. p. 105, nbi primum sine titulo *῾Α Κύπρις . . .* deinde *τοῦ αὐτοῦ (Πλάτωνος) Οὔτε σε Πραξ.* — V. 2. *γυμνὴν*, fort. *γυμνὰν*, similiterque v. 4. *ἔστας* et *κρινομένα.* — V. 3 et 4 etiam in primis paginis cod. Pal. (*τοῦ αὐτοῦ* inscriptum.), Cram. An. IV 367 (ubi v. 4 *ἔστης, ὡς πάλαι*) et cod. Vind. 311 (ubi *τεχνάσατ᾽ οὔτε σιδηρός*). Haec scripsi in editiono II: nihil igitur dicit Benndorf, cum scripsit, me fugisse hoc epigramma nihil nisi prioris esse imitationem; idem dicit me omnia miscere, qnippe qui haec duo disticha in unum coniunxerim, itaque rursus dirimenda censet. Potest sane prius distichon *῾Α Κύπρις κτλ.* integrum poema videri; non plane dissimile est Eueni poematium Anth. Plan. 165, quamquam id ipsnm adeo displicuit Benndorfio, ut cnm proximo epigrammate (166) conglutinandum esse censuerit; at hic poeta si nihil aliud, quam duos hos versus proposuisset, impndentissime prioris opes sibi vindicasse censendus foret: debebat aliquid de suo addero: itaque ut emendaret alterius poema, subiecit v. 3 et 4. Hi autem versus ita sunt comparati, ut nullo pacto pro integro epigrammate haberi possint: nam ne id quidem planum, de Venere esse sermonem, poterant hi versus etiam de Iunone vel Minerva dici, poriitque omnis lepor, nisi v. 1 et 2 praecesscrint, ut plane appareat hunc poetam prius epigramma imitatum esse, ut corrigeret.

28. Anthol. Plan. 248: *Πλάτωνος.* Quemadmodum Diodorus artifex tantum Stratonici caelatoris opus aemulatus esse videtur, ita verisimile est, huius cpigrammatis anctorem imitatum esse carmen antiquius, quo Stratonici Satyrus dormiens eximia laude ornabatur, vide Plin. XXXIII 156: „Post hos celebratus est Calamis, Antipater, quique Satyrum in phiala gravatum somno conlocavisse verius quam caelasse dictus est, Stratonicus, mox Cyzicenus Tauriscus“. ita enim multo verius exhibent veteres editiones, quam nupor adornatae: nomen gentilicium praecedit, nt XXXIV 50. Stratonicus autem Pergami Attalo vel Eumene I regnantibns vixit. Est igitur novicium epigramma, neque dubito iuniori Platoni tribuere. — V. 2 Nauck tentavit *ἢν γρύξῃς, ἐγερεῖς· ἄγρυπνον ὕπνον ἔχει*, Benndorf *ἐγερεῖς ὄργιλον· ὕπνον ἔχει.* Sed frigidum hunc poetam corrigere non decet, nisi quod *ἄργυρος* scribondum videtur.

29. Thomas Mag. vit. Aristophan. p 160 West. Olympiod. vit. Platonis p. 384: *καὶ ἐπίγραμμα δὲ τοιοῦτον εἰς Ἀριστοφάνην αὐτὸς πεποίηκεν*, nbi libri v. 2 *ζηλοῦσαι*, et vit. Plat. II ib. 391 nbi legitur: *ὅπερ*

30.

Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίρην, 496
ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως·
ἃ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης
πρωτοπλόου, δι' ὅσης ἤλθετε πυρκαΐῆς.

31.

Ἁ Κύπρις Μούσαισι· κοράσια, τὰν Ἀφροδίταν
τιμᾶτ' ἢ τὸν Ἔρωτ' ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.
χαἰ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν· Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα·
ἡμῖν δ' οὐ πέτεται τοῦτο τὸ παιδάριον.

ΕΠΗ.

32.

Ἄλσος δ' ὡς ἱκόμεσθα βαθύσκιον, εὕρομεν ἔνδον
πορφυρέοις μήλοισιν ἐοικότα παῖδα Κυθήρης·

ἤθελον εὑρεῖν, Διζόμεναι ψυχὴν κτλ. Cf. Iriarte 98. Dignum praeconium non minus eo qui laudatur quam qui edixit.

30. Atheu. XIII p. 589 C: ὁ δὲ καλὸς ἡμῶν Πλάτων οὐκ Ἀρχεάνασσαν τὴν Κολοφωνίαν ἑταίραν ἠγάπα, ὡς καὶ ᾄδειν εἰς αὐτὴν τάδε· Ἀρχεάνασσαν κτλ. Adde Diog. Laert. III 31. At in Anthol. VII 217 a m. sec. *Asclepiadi* tribuitur. Cf. Iriarte 104. Epigramma haudquaquam amorem ac propensum animum prodit, neque inde fama est orta, Platonem Archeanassae consuetudine usum esse, sed fictum a maligno homine, fortasse peripatetico philosopho, ad commenticiam illam famam stabiliendam. — V. 1. Ἀρχεάνασσαν Anth., ceteri Ἀρχαιάνασσαν. — τὴν, cod. Pal. τὰν. — ἑταίρην, Anth. P. ἑταίραν (η superscr.), cod. Mon. Diog. Pal. pr. ἑταῖραν. — V. 2. ἧς, ἃς Anth. et Suid. c odd. 4 v. ῥυτίς. — καὶ ἐπὶ ῥυτίδων, ap. Ath. AB καὶ ἀπορρυτίδων, P καὶ ἀπὸ ῥυτίδων, C κἀπὶ ῥυτίδων. — πικρὸς ἔπεστιν ἔρως Athen., quamquam δριμὺς paulo aptius, Diog. ἕζετο δριμὺς ἔρως, Anth. Suid. ὁ γλυκὺς ἕζετ' ἔρως. — V. 3. ἅ, ap. Diog. cod. Cant. Vind. εὐ. — Anth. cod. P. post v. 2 epigr. 218, v. 3. 4 inserit, tum longe aliter h. v. exhibet: ἃς νέον ἥβης ἄνθος ἀπὸ δρέψαντες ἐρασταί, πρωτοβόλου διssας (m. sec. δι' ὅσης) ἤλ. πυρκ. sed iuxta in marg. πρωτοπλόου διόσης ἤλ. πυρκ., ac praeterea m. sec. in superiore marg. v. 3 et 4 repetit quemadmodum apud Diog. leguntur. — V. 4. πρωτοπλόου Diog. et cod. Pal. m. sec. in m. Anthol., ubi vulgo πρωτοβόλου, Ath. πρωτοπόρου. — ἤλθετε, ap. Ath. PVL ἥκετε, om. B.

31. Diog. Laert. III 33 *Platoni* tribuit. At in Anth. IX 39 m. sec. Μουσικίου, sed Plan. Μουσικίου οἱ δὲ Πλάτωνος. Iriart. 104 Μουνικίου, οἱ δὲ Πλάτωνος. — V. 1. Μούσαισι, Brunck Μοίσαισι et similiter v. 3 Μοῖσαι. — V. 2. Ἔρωτ', cod. Pal. ἔρων, Plan. ἔρον. — ὔμμιν, cod. Pal. υμμιν, Plan. ὔμμι., Cod. Vind. 311 ὑμῖν ἐφ' ὁπλήσομαι. — V. 3. χαἰ, cod. Pal. χ' ἁ, Diog. αἱ. — Κύπριν, cod. Pal. Κυπρι — V. 4. ἡμῖν δ', Diog. om. δ', Brunck ἀμῖν. — πέτεται cod. Monac. (Diog.), vulgo πέταται. Videtur scribendum ἄμμε δ' ἔπ' (vel ἄμμ'· ἔπι δ') οὐ πέτεται.

32. Anthol. Plan. 210: Πλάτωνος. In cod. Pal. in primis parginis s. poet. n. Additur: εὑρέθη δὲ ὑπὸ ὑδάτων, Brunck ὁδιτῶν coniecit,

οὐδ᾽ ἔχεν ἰοδόκον φαρέτρην, οὐ καμπύλα τόξα·
ἀλλὰ τὰ μὲν δένδρεσσιν ὑπ᾽ εὐπετάλοισι κρέμαντο·
αὐτὸς δ᾽ ἐν καλύκεσσι ῥόδων πεπεδημένος ὕπνῳ
εὗδεν μειδιόων· ξουθαὶ δ᾽ ἐφύπερθε μέλισσαι
κηροχύτης ἑσμὸς λαροῖς ἐπὶ χείλεσι βαῖνον.

quam coniecturam confirmarunt cod. Par. et Flor., in quibus legitur: *Πλάτωνος εἰς Ἔρωτα εὑρεθὲν* (*εὑρεθέντα* Schneidewin) *ὑπὸ ὁδιτῶν ἐν ἄλσει.* In cod. Flor. iterum legitur, ubi *Πλάτωνος νεωτέρου* inscribitur, cui lemmati Schneidewin fidem habet: at ab illius poetae ingenio haec elegantia plane abhorret, nisi forte illum aliunde haec descripsisse putes, id quod sane non est plane incredibile. Sed nolui huic codici, cuius auctoritas mihi parum explorata est, obtemperare. Ceterum apparet particulam amplioris carminis esse. — V. 3. *ἰοδόκον* Pl. cod. Flor. primo l., *ἰοβόλον* Pal. Par. Flor. l. altero. — V. 7. *κηροχύτης ἑσμὸς λαροῖς* scripsi, legebatur *κηροχύτοις ἐντὸς λαγαροῖς*, ut exhibent Pl. Pal. Flor. l. pr., sed Par. Flor. l. altero *κηροχύτοις δ᾽ ἐντὸς λάροις* (iidem deinde *βαίνον*), itaque *λαροῖς*, quod iam Brunck assecutus erat, confirmant. *Κηροχύτης* alias non legitur, sed est recte novatum, neque vero idem significat, quod *κηρόχυτος*, quemadmodum Eurip. Iph. Taur. 1115 *κάλαμος κηροδέτας* dixit, qui alias *κηρόδετος* dicitur, sed agendi habet notionem ut *προχύτης*. Ac video iam Iacobsium ex parte idem assecutum esse, qui olim proposuit *ἑσμὸς κηρόχυτος*, postea vero cum Orellio *κηροχυτοῦσ᾽* i. e. *κηροχυτοῦσαι* scripsit, quae elisio non est ferenda; epigramma enim, quod Pindari vita exhibet: *Ἠ μάλα Πρωτομάχη τε καὶ Εὐμητις λιγύφωνοι .... Ἀργόθεν ἦμος ἵκοντο, κομίζουσ᾽ ἔνθοδι κρωσσοῦ* certa emendatione restituo *κομίζοντε* scribens. Meineke *κηροχύτευν ἐντός, λαροῖς δ᾽ ἐπὶ κτλ.*, quod ego prius proposui *κηροχύτου στόματος λιπαροῖς* partim recepit Hartung, sed *λαροῖς τ᾽ ἐπὶ* scripsit, Schneidewin speciosius quam verius *κηροχύτου μέλιτος λαροῖς* correxit, Thudichum *ἔντος κηρόχυτον λαροῖς*, quod omnino improbandum.

XXXV.

SIMMIAS THEBANUS.

1.

Τὸν σὲ χοροῖς μέλψαντα Σοφοκλέα, παῖδα Σοφίλλου,
τὸν τραγικῆς Μούσης ἀστέρα Κεκρόπιον,

Simmias Thebanus. 1. Anth. Pal. VII 21: m. pr. *εἰς τὸν αὐτὸν*, m. sec. *Σοφοκλέα*, m. pr. *Σιμμίου*, m. sec. *Θηβαίου*. Ap. Pl. est *ἀδέσποτον*. Simmiae Thebano hoc et proximum epigramma tribuitur in Anthologia Palatiua, sed philo sophum hunc poesi operam dedisse aliunde non constat, prorsus autem incredibile est, eum bis in eodem argumento esse versatum, quod ab illius saeculi iugenio plane abhorret: itaque si utrumque epigramma eiusdem est poetae, neque est, qnod hoc iu dubitatiouem vocemus, (nam haec duo carmina ut veuustate aequiparant, ita omuino simillima sunt, neque tameu alter alterum aemulatus esse, sed ingeniosus poeta idem argumentum variasse videtur), consectarium est, non ante Alexandrinorum saeculum horum epigrammatum scriptorem vixisse: itaque utrumque epigramma potius *Simmiae Rhodio* vindicandum censeo, quod etiam Meiueke et Hartung suaserunt: nam quod in Anth. Pal. poeta *Θηβαῖος* vocatur, eiusmodi additamentis, quae plerumque a librariis profecta sunt, exigua fides est habenda, id quod nova codicis collatio, quam Holder instituit (vide supra) planissime confirmat. Extat in Anth. Pal. ibidem (VII 20) aliud epigramma in Sophoclem mortuum, quod *Simonidi* falso tribuitur, fortasse hoc quoque eiusdem Simmiae fuit, nisi Leonidae tribuere malis, vid. Simouid. fr. 180. Reliqua epigrammata, quae in Anthologia Simmiae nomine vel simpliciter vel *γραμματικοῦ* vocabulo addito leguntur, item Rhodii poetae videntur esse, quamquam fateor aliquantum abhorrere a reliquiis epicorum et lyricorum carminum, quae Simmias composuit: nam haec epigrammata simplicitate commendantur, et a doctrinae ostentatioue aliena sunt: at Alexandrini poetae in disparibus carmiuum generibus versatile ingenium expromere solent. Unum tamen epigramma Rhodio poetae abrogandum censeo, quod legitur Anthol. Pal. VII 60 *εἰς Πλάτωνα*, m. sec. *τὸν φιλόσοφον, σιμμίου*, sed *τὸν φιλοσο* iu rasura, fuit a m. pr. *τοῦ αὐτοῦ* (praeceduut Iuliaui epigrammata), quod etiam Diog. Laert. III 43 sine poetae nomine affert, qui dicit Platonis sepulcro inscriptum fuisse:

Σωφροσύνῃ προφέρων θνητῶν ἤθει τε δικαίῳ
ἐνθάδε κεῖται ἀνὴρ θεῖος Ἀριστοκλέης·
εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον,
οὗτος ἔχει πλεῖστον (P *πουλὺν*), *καὶ φθόνον οὐ φέρεται.*

apud Diog. L. v. 2 *ἐνθάδε δὴ κεῖται δῖος* et v. 4 *τοῦτον ἔχει πλ. καὶ φθόνος οὐχ ἕπεται* legitur (nam Cobet ad exemplum Anthologiae mutavisse videtur). Hoc carmen, quod ante Alexandrinorum saeculum statim post Platonis mortem factum esse verisimile est, fortasse aliquis ad

πολλάκις ὃν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλώς
βλαισὸς Ἀχαρνίτης κισσὸς ἔρεψε κόμην,
τύμβος ἔχει, καὶ γῆς ὀλίγον μέρος· ἀλλ' ὁ περισσός
αἰὼν ἀθανάτοις δέρκεται ἐν σελίσιν.

2.

Ἠρέμ' ὑπὲρ τύμβοιο Συφοκλέος, ἠρέμα, κισσέ,
ἑρπύζοις χλοεροὺς ἐκπροχέων πλοκάμους,
καὶ πέταλον πάντῃ θάλλοι ῥόδου, ἥ τε φιλορρώξ
ἄμπελος, ὑγρὰ πέριξ κλήματα χευαμένη, 498
εἵνεκεν εὐεπίης πινυτόφρονος, ἣν ὁ μελιχρός
ἤσκησεν Μουσῶν ἄμμιγα καὶ Χαρίτων.

